



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 2. Calumniator de mendacio infamis fidem perdit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

duſeſt: neque enim tibi experieris, quàm alijs, fidelioſem; cùm idem ſit, hoc eſt, calumniator; à quo quid poteſ aliud, quàm calumniam expectare? Tange illum, & vel modicum offende, mox videbis eum linguã in promptu habere, ſicut ſcorpio caudam, quoniam ad quemuis afflatum vibrat. Itaque gratiã ſæpe ſeipſum antè, quàm alterum, priuat.

§. II.

*Calumniator de mendacio infamiſ fidem
perdit.*

Secundò delator debet timere alium delatorem; qui ſi deſit, tamen ſæpe veritas cum tempore emergit, venitque in lucem; & calumnia non rarò, ſe ipſam prodit. Quid tunc non refundit malorum in authorem ſuum? Notam illi in frontem, aut ſaltem in famam inurit; odium creat; fidem omnem adimit; adeò, vt in mendacio deprehenſus, poſtea quoque, cùm vera dicit, fidẽ non mereatur. Vix enim quiſquã prudens ei credit, à quo ſe deceptum meminit. Refert Xenophon, Cyrum dicere ad Armeniũ ſolitũ; non ſolùm à calumnijs abſtinendũ, ſed omnino mentiendum non eſſe: *Apertum enim mendacium hominibus maximè impedi-*

Xenoph.
lib. 2. Pæ
dia.

I s

mento

mento esse ad veniam consequendam. Danda est quippe his venia, qui ex incertitia, vel errore mentiuntur: qui data opera aperte calumniantur, nulla venia digni sunt, nec fide. Vnde falsos testes, ipso jure infames esse, ex Eusebio Papa docet Gratianus in hæc verba: *Constituimus cum omnibus, qui nobiscum sunt Episcopis, ut homicida, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incesti, venefici, suspecti, criminosi, perjuri, & qui raptum fecerunt, vel falsum testimonium dixerunt, seu qui ad sortilegos diuinosa, concurrerunt, similesque eorum, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi; quia infames sunt, & iuste repellendi, quia est funesta vox eorum.* Fit itaque infamis calumniator, qui alterum voluit infamare. Quid hoc aliud, quam pati, quod alteri parasti patiendum?

§. III.

Qui alterum, aut alterius famam mordet, seipsum mordet.

Tertio illico calumniā ipsum verberat calumniatorem: quā diu enim apud ipsum est memoria calumniæ factæ, tam diu factæ conscientia illum mordet ac flagellat. Hoc est, quod dicitur: *Suavis est homini panis mendacii, & postea implebitur os eius calculo.* Quem admo.

Gratian.
caussa. 3.
q. 5. ex
Euseb.
Papa ep.
3. ad Epi-
scopos.
Thulcia.

Prou. 20.
17.